



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

33. Ignominiose Patres habitu sed fructuosè.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

cantum ordinant cuius medium tenebant simulachra ex auro præcipua duo , velut triumphalia in ceruicibus Bonziorum , qui notis spatiis dum agmem susterent , instrumentorum , & vocum symphonia recreabatur Deorum illorum surditas , & nares sine odoratu , incensio ne suffituum copiosa ; post hæc duæ ex carta statuæ veniebant , assimilatae in Marchesium & Rhodium , gestabant illas baiuli dæmonum habitu ; & subsiliebat circum cuneus Bonziorum , exertisque in eas linguis , insulsitate omnis ludibrii , sanniones graphicè agebant , variabancque decentem hanc scenam v lulatibus arreptitionum ; at his , male conciliati , celebriorem fecere Rhodium , & patientia illius , vni condolens eorum exitio , sibi ne verbo quidem cauens , auditorum ipsi maiorem collegit frequentiam . Quare ultimos Dæmon intendit conatus , ut validissima suorum machinatione , Regis erga nos euerteret animum , & ex beneuolo faceret inimicum , sed hæc sequentem ad annum pertinente ; huic verò , seculi 27. debentur quibus ægrè aliud memorabilius Sinarum imperium vidit periclitatum diu sub Rege femina , & flagitosissimo spadone ; tunc versis in melius omnibus , ex præcipiti relurgens , & in pristinum decus reflorescens .

Gueicunum igitur hoc anno , ut tuina caderet grauiori , Rex in Gueicuni at. sumnum extulit potestatis & iure supremi Domini titulique ornauit ; nec adeò mitum sibi eum æquasse , cui se qua luberet agendum , tanquam vile iumentum subiecerat ; & vero illum cō egit ut in Prouinciis 35. lici mors in- quam vile iumentum subiecerat ; & vero illum cō egit ut in Prouinciis tanquam vile iumentum subiecerat ; & vero illum cō egit ut in Prouinciis famis & tra- gica. quindecim templo illi totidem sumptu magnifico ædificari pateretur , nec villa honorem immodicum tardauit mora ; certate Prorege æmula Gueicuni adulacione , quis prior operi admoueret manum ; immanitatem sumptuum , anteuertere inuicem , dicare perfectum , & Eunuchi statua consecrate , ea splendidi apparatus profusione , & insolentia quæ Sinas bearet , si foret vero illorum & cœli Domino instructus . Una semiviro vrcamque Pechinum restitauit . Vrbis enim angulos quatuor , eodem numero superbæ templorum decorabant moles ; medium Confusij Academia in templi modum fabricata quod sibi Gueicunus volebat cum eo fieri commune , suamque cum eius statua , in altari eodem collocati . Visum Literatis arrogans facinus , indignitatis minimè tolerandæ , perindè ut brutum animal virorum sanctissimo , & doctissimo æquaretur ; intercessum ab iis fortiter , compulere spadonem templo locum alibi querere , quod nihilo propè modestius è regione Academiac extruxit . Verum Literatos qui intercesserant , solenni sua in omnes barbarie quos suis nutibus non esset naectus morigeros , euerrit funditus , bonisque , honore , & Magistratum quos pridem obibant gradus omni exutos , Pechino extrusit , qui fuit postremus , & iniquissimus regnantis semiviri , & futentis actus . Ægorauit Rex Septembri mente , nec diu anxios tenuit medicos , adeò illum assidua crapula pertinaci sagina premebat ; & vitali exhauserat spiritu libido . Regis salute depota , suam quoque Gueicunus desperauit , nisi forte ( quod rumor asse-

X. x. x.